UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ, Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 9. Principium 9. Voluntas pro opere reputatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48233

Visual Library

cet Sanch. l. 1. d. 9. n. 2. Leſſ. Laym. Coninck. & alii apud Ferd. de Caſtro p. 5. tr. 28. d. 1. pu. 2. n. 2.

§. IX.

PRINCIPIUM IX.

Voluntas pro opere reputatur.

Senſus.

Hoc eſt, quando aliquis reipſa habet voluntatem effica-cem aliquod opus faciendi, tum, etſi ab eo perficiendo con-tra voluntatem ſuam impediatur, perinde apud DEUM præ-miabitur aut punietur, ac ſi opus ipſum præſtitiſſet; niſi ſpe-cialis in ipſo opere ponendo difficultas ſuperanda ſit, aut quam ſpeciale à DEO prœmium promiſſum ſit, uti in Marty-rio videre eſt, ubi utique Laureolam Martyrum non obtine-bit, qui ſolum habuit deſiderium, licet efficax, ſanguinem pro Chriſto fundendi.

Authoritas.

Deſumptum eſt ex S. Scriptura Matth. 5. ubi Chriſtus di-xit: *Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Eſtque conforme communio-ri Theologorum ſententiæ neganti per actum externum au-geri moralitatem actus. Imò etiam in Foro externo locum eam habere colligitur ex le. Si quis. C. de Epiſc. Item ex le. Is. 7. C. ad le. Corn. de Sicariis; eámque communiter doce-ri à Doctoribus, teſtatur Schneidewein l. 4. tit. 1. §. Sed ex n. 7. ubi tamen ex Baldo notat, iſtam regulam quidem de ri-gore Juris veram eſſe, ſed per conſuetudinem non obſervari.

Ratio.

Quia cùm tota libertas agentis circa actum internum præcipuè verſetur, hoc ipſo etiam moralitas tota in ipſo reſi-dere cenſebitur; unde hîc præcipuè locum habere videtur di-ctum illud le. In convent. 219. de verb. ſign. Voluntas omnibus dominatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui voluntariè conſentit in a-ctum luxurioſum, ſi occaſionem haberet, coram DEO ja[m] [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...m eſſe luxuriæ, in quam conſenſit; uti ex cit. c. 5. Matt. colligitur.

Deducitur 2. Illum, qui efficacem habet voluntatem ...di eleëmoſynam, ſi haberet, miſericordiæ prœmium æ... à DEO accepturum, atque ſi reipſa dediſſet, quemadmo... S. Auguſtinus ſuper Pſalm. 109. teſtatur dicens: *Si potes ...re, da: ſi non potes, affabilem te fac; coronat DEVS Volunta...m, ubi non invenit facultatem.*

Deducitur 3. Eum, qui vult DEUM infinito amore dili...re, non hoc ipſo actum infinitæ dignitatis & valoris eli...re, tum quia plerumque hic actus eſt ſimplex complacen... duntaxat; tum quia ſi actu ipſo deberet poni actus exter... correſpondens illi interno, nova adhuc, eáque gravis diffi... ...s ſuperanda foret, quæ novam utique iterum laudabili... ...s & moralitatis intentionem cauſaret.

Articulus II.

De Principiis ad internam Actuum humanorum Regulam, ſeu Conſcientiam ſpectantibus.

§. I.

PRINCIPIUM I.

Quod non eſt ex Fide, peccatum eſt.

Senſus.

Hoc eſt, quandocunque aliquis actionem aliquam pera... vel omittit, quam Conſcientia (quæ nihil aliud eſt, quàm ...men Intellectus indicans, quid licitum vel illicitum ſit) ... illicitè peragi, vel omitti, committit illius ſpeciei ...tum, quale conſcientia apprehendit, etiamſi illa actio ... omiſſio alioqui minimè peccaminoſa ſit.

Authoritas.

Deſumptum eſt ex Epiſtola S. Pauli ad Rom. c. 14. illúd... ...e approbant, & ſic explicant communiter SS. Patres, teſte ...baum l. 1. tr. 1. c. 1. reſp. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN